



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt CXXVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

fidia totidem Capellanijs, ad S. Vitum, in Canoniciatus transformatis; & sic in hoc Capitulo vnā cum Episcopo sedecim solent esse Canonici; vt tradit Suffridus Petrus in Appendice ad Ioannis Becani historiam Episcoporum Ultraiectinorum.

## CAPUT CXXVIII.

S. BAVONIS COLLEGIVM CATHEDRALE  
*Harlemense in Hollandia.*

**C**apitulum istud Cathedrale constitutū fuit, ex monasterio de Heylo Canonicorum regularium prope Alcmariam, & ex Capitulo Canonicorum in Geervliet. Quod quidē Capitulū ex Geervlito Harlemū an. 1571. transitulit Godefridus à Mirlo II. Episcopus Harlemonsis.

Opida diœcesis Harlemonsis sunt ista: Harlemum, Amstelodanū, Alcmaria, Beuervicum, Monchedamum, Edamum, Purmerenda, Horna, Enchusa, & Medenblicum.

Primus Episcopus Harlemonsis fuit. *Nicolaus de noua terra*, Georgij Egmundani, Ultraiectensi Episcopi olim suffraganeus, qui cùm annis decem præfuisset, ob aduersam valetudinem, Episcopatu cessit.

Nicolao anno 1571. suffectus est *Godefridus à Mirlo natus*, in pago Campiniæ Brabantinæ, eiusdem nominis, ex ordine Fratrum Prædicatorum conuentus Siluæ-ducenfis.

S. MA-

220 DE CANONICORVM  
SANCTAE MARIAE COLLEGIVM  
*Gerulitanum in Hollandia.*

**C**ollegium Beatæ Mariæ in Geeruliet,  
Hollandiæ vico, quod est quindecim  
Canonicorum, fundauit *Nicolaus* Dominus  
de Putten & Stryen, qui obijt anno millefimo  
trecentesimo vndecimo.

C A P V T CXXIX.  
CAESARAVGVSTANVM COLLEGIVM ME-  
*tropolitanum in Hispania.*

**C**AESaraugusta, Ptolomæo Cæsarea Au-  
gusta ab Octauiano Augusto Cæsarea  
sic dicta, hodie Saragoza ad Iberum fluuiū, re-  
gni Aragoniæ Metropolis, habuit olim Epis-  
copum Torraconéfi Archiepiscopo Suffraga-  
neum, sed Ioannes X XII. eam Archiepisco-  
pali dignitate auxit, ut Mariana libro 15. c. 15.  
Rerum Hispaniarum tradit. Ecclesia ipsa Ar-  
chiepiscopalnis Cæsaraugustana, solet esse re-  
gularis, id est Canonicorum regularium or-  
dinis S. Augustini; sed nostra ætate Canonici  
regulares facti sunt sacerdotes, ut vocant, au-  
toritate Pontificia, idque petente Philippo  
secundo Rege Catholico.

C A P V T CXXX.  
SANCTAE FIDEI COLLEGIVM  
*Metropolitanum in America.*

**S**anctæ Fidei ciuitas, vulgo Sancta Fè de By-  
gotæ in nouo regno Granatensi (quod est  
pars